



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1842**

XXVII. Der Magistrat zu Wittstock präsentirt dem Bischofe einen gewissen  
Johann Bold zum Vicar des Marien-, Laurentii- und Andreen-Altars zu  
Wilsnack, im Jahre 1488.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54306)

vestra innata benignitate vti, nihil prorsus in ea causa determinabitis, nisi vt praedixi, alicui fide digno et zelum Dei habenti, commissum fuerit, qui proprijs oculis cernat et perspiciat, quo pacto res illa se habeat, propterea, quia multi dicunt, cruorem illum, verum vel fictum nescio, ita esse annihilatum, vt iam nihil appareat conspicientibus. Reliquum est, vt Reuerenda Dignitas vestra, mea prece rogata, di-  
guetur me aliquando Sanctissimo domino nostro Papae facere commendatum, quodque vt faciatis, etiam atque etiam rogo. Valeat Reuerenda D. vestra, quam Christus Iesus sempiterno tueatur aeuo. Ex op-  
pido Lipsensi XXV Octobris, 1472.

V. R. D. fidelis seruulus et orator.

Frater Johannes de Capistrano, manu

propria me supscripsi.

Nach Lüdike.

**XXVII.** Der Magistrat zu Wittstock präsentirt dem Bischofe einen gewissen Johann Bold zum Vicar des Marien-, Laurentii- und Andreen-Altars zu Wilsnack, im Jahre 1488.

Reuerendo in Christo patri et domino, domino Buffoni dei et apostolice sedis gracia ecclesie Havelbergensis Episcopo, domino nostro gratioso aut ejus in spiritualibus vicario nec non officiali generali Consules opidi Wilsnack In singulis feruendi beniuolam voluntatem. Ad perpetuam vicariam altaris beate Marie virginis gloriose sanctorumque Laurentii martiris et Andree apostoli sitam in ecclesia parochiali Wilsnack iam nouiter fundatam et erectam, cujus Jus patronatus seu presentandi ad nos pleno jure diuoscitur pertinere, honorabilem virum dominum Johannem Bolden presbiterum vestre diocesis paternitati vestre duximus presentandum et tenore presentium presentamus, Cum eo humiliter supplicantes et deuote, quatenus eundem Johannem ad idem altare instituire et inuestire ac accessum ejusdem altaris eidem committere dignemini propter deum, Sibi que de ipsius fructibus, redditibus, prouentibus, Juribus et obuentionibus uniuersis per illos quorum interest integre responderi facietis Adhibitis circa hec sollempnitatibus debitis et consuētis. Datum et actum Wilsnack Anno domini Millesimo, quadringentesimo, octuagesimo octauo die Lune Decima quarta mensis Julii nostro sub sigillo presentibus appenso.

Nach dem Original.

**XXVIII.** Ablassbrief einiger Cardinäle für das heilige Blut zu Wilsnack, vom Jahre 1500.

Georgius Albanens. et Hieronymus Praenestins. Episcopi, Ludouicus Johannes tituli Sanctorum quatuor Coronatorum, Dominicus tituli Sancti Clementis, Baptista tituli sanctorum Johannis et Pauli, Bernhardinus tt. sanctae Crucis in Jerusalem, Raimundus tt. sancti Vitalis, Guillermus tt. sanctae pudentianae, et Johannes tt. sanctae Mariae transiberimae, Presbyteri: Franciscus sancti Eustachij, Raphael sancti Georgij ad vellus aureum, et Julianus Sanctorum Sergij et Bachi, Diaconi, et Oliuerius Sabinens., Johannes Portuens. Episcopi, Ludouicus Johannes tt. sanctorum quatuor Coronatorum, et dominicus tt. sancti Clementis, Laurentius tt. sanctae Caeciliae, Baptista tt. sanctorum Johannis et Pauli, Guillermus tt. sanctae pudentianae, Dominicus tt. sancti Nicolai inter imagines, Johannes Antonius tt.